

Paziano¹⁸⁾ et ecclesiam sancti Mar|celli¹⁹⁾ cum earum pertinentiis. Hec omnia et quicquid sepedictum monasterium et fratres ipsius tam in decimis quam hominibus habent et possident perpetua eis stabilitate confirmamus et presentis pagine patrocínio | [co]munimus, statuentes et imperiali edicto firmiter precipientes, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, comes, vicecomes, capitaneus, nulla civitas, nulli consules, nullum commune, nullus rei publicę minister | nullaque persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica hoc nostre sublimitatis edictum audeat infringere vel ipsum monasterium aut eius homines iure alieno et aliqua illicita exactione molestare. Si quis vero | huius nostrę constitutionis violator temerarius extiterit, pro pena transgressionis suę auri puri centum libras componat, quarum medietas camerę nostre inferatur, reliqua pars monasterio, cui dampnum | intulit, persolvatur. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam hanc divalem paginam conscriptam maiestatis nostrę sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Angelus Tarentinus archiepiscopus, | Amedeus Aretinus episcopus, Theobaldus Clusinus, Gualterus Troianus episcopus, Cōnradus dux Spoleti, comes Ildibrandinus, comes Pandulfus, Reinerius comes de Sartiano, Wernherus sancti Iohannis in | Wirziburg prepositus, Conradus sancti Andree in Wormatia prepositus, Albertus comes de Spanhein, Heinrichus pincerna de Lutra, Erbo frater suus et alii quam plures. |

§ Signum domini Heinrichi sexti Romanorum imperatoris invictissimi (M) et regis Sicilię. § |

Ego Conradus Hildinsheimensis electus imperialis aulę cancellarius vice domini Adolphi Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalię archicancellarii recognovi. |

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis millesimo c[entesimo] nonagesimo sexto, indictione quintadecima, | regnante domino Heinricho sexto Romanorum imperatore gloriosissimo [et re]ge Sicilię, anno regni eius vicesimo sexto, imperii quinto et regni Sicilię secundo. |

Datum apud Montem Flasconis per manum Alberti imper[ialis au]lę prothonotarii decimo kalendas Novembris.

(SP.D.)²⁰⁾

¹⁸⁾ Paciano (ca. 6 km s. des Lago di Trasimeno) Prov. Perugia.

¹⁹⁾ Wohl = San Marcellino Rigomagno (ca. 10 km w. Farneta), Com. Sinalunga, Prov. Siena.

²⁰⁾ Das (heute verlorene) Hängesiegel war an Seidenschnüren befestigt, die durch eine (heute aufgeklappte) Plika gezogen waren; an den Siegellöchern in der Plika hingen nach einer Notiz von Dr. W. Hagemann/Rom noch im Jahre 1958 rötliche Seidenfäden, die heute jedoch verschwunden sind.